

De metallis & lapidibus

tamini scripturas: qz illi testimoniu perbi
bent de me et tu ceci negat quam saraceni
ignorantes scripturas venerantur et ado-
rant.

L. XCIII

Elus dei assimili-

Estatur aer: qz habet tres regioes: qz
supma qz igni coniuncta est rara et est
vehementer calida: ppter er vicinitate ignis
et ppter radios stellarum et lunae que sibi
sunt viciniora: et illa pars est loci insania-
tionis qz se dicit regio estus. Huic similes
sunt qz magno celo ardore feruescunt: Ps. 1xvii.
I. Celus dominus tue comedit me. Slo-
sa. Celus est bonus feruox animi: qz mens p
defensione veritat' accedit: eo qz quelibet
praua qz videt corrigere satagit. si neqz ro-
lerat et gemit. Iste celus canat in sanctis
ex inflamatioe ignis spissantem vel charita-
tis dinice: et ex radiis stellarum. i.e. ex epis san-
ctorum patrum: sicut phinees: helie et alioqz:
multu gelauerunt. p deo et lege eius. i. Ma-
chab. ii. Phinees p nr gelando celus dei
acceptit testamentum sacerdotij eterni. Helias
dixit. iii. Reg. xix. Zelo gelatus p domino.
Seunda regio aeris sine media co-
na est locus frigoris: qz illa no habet calo-
re ex vicino igne sicut regio superior: nec ex
reflectione radioz sicut regio inferiore: eo
qz radij no reflectunt ad transparentis sive
peruum: aut ad multu diaphanum: sed tñ
ad solidu planum: plus si fuerit tersum:
vt est aque superficies vel speculi vel alto mo-
do politi vel planu. Huic aeri siles sunt qz
sunt totaliter frigiditi: ita vt nec celo dei ta-
gan: qz nec igne diuini amoris incenduntur:
nec radiqz. i.e. ex epis sanctorum tangun-
tur: et ideo austert ab eis diabolus celu bo-
num. Tales sunt prelati mali qz de gregis
sui dissipatione no curant: Esa. x. Befere-
tur celus ephraim. Ephraim interpretat
augmenta vel fertilitas: et signat prelatos
qz cogitant de temporalium angustiatione: et ni-
bil de aia pditione. **T**ertia regio aeris
est tepida vel temperata suscipiens aliquod de
superiori et aliquod ab inferiori: est in inteme-
rate calida sum qz vincit ab inferioribz: qz
busda temporibz: et intemperate frigida sum
qz vincit a superioribz quibusda temporibz
alii. Huic similes sunt qz celo dei hinc tepi-
da vel inordianum. Nam aliqui vincunt ab infe-
rioribz passionibz et ravel odio et tunc nimis

incadescant. Quandoqz no superiorum
vel potentiorum timore pterrifico omnino a ce-
lo tenebant et frigescunt. Tales habet celus
sed non solum scientiam. i.e. discretionem: Ro. x.
Pater ergo qz celus frigidus cu sit nullus
est damnabilis: tepidus: reprehensibilis: fer-
nicius et charitatus laudabilis qz meretur
celeste premiu. i. Mach. ii. Helias dum celat
celum legis receptus est in celo. Ad qd nos
perducat christus qui est benedictus. Amen.

Explícit liber primus
de similitudinibz rerum.

Incepit prologus libri secundi de metal-
lis atqz lapidibus.

Ab argen-
bum venarum suarum pincipia: et auro locus est i qz
coflatur. Ferruz de terra tollit: et lapis calore solu-
tus in es couertitur: Job xxviii. Divine prudentie largitas: et que
cungs creatura sunt connexionis mirabilis
ordine gubernantur: rationali creature. i.
homini sic corpora inferiora subiecit: vt ei in
subsidiis adessent infirmitat: et docimen-
tu in insup porrigeret veritatem: et in exemplis
illi fierent etia bonitatem. Nam ex vnu vario
sensibili corporu humano corporis labili-
tati succurrif: qd ex eisdem ex quibz constat
corporibz enutrit: ex corundem quoqz cor-
porz speciez informans sensus: et ratio erit
dixit: vt sic humana condito a sensu sumat
initium: et no p se res sensibiles. i.e. suas sub-
stantias et essentias: sed tñ p suas species
anime illabunt: ex quibus humana ratio
dum hincinde inuestigando discurrit: rat-
iones format et plurimas: ex quibz intelli-
gibiles elicit varietates: no solu de rebus
infimis sed etia de supmis. Sic enim inuesti-
k 5

Liber secundus

bilia dei a creatura mundi p ea q̄ facta sunt intellecta cōspicunt. Quia vero op̄ nature est opus intelligēt̄: ex eo q̄ corpora/lia mediantib⁹ angelis a deo gubernant: etiā ex ipsis corporib⁹ humana dirigit̄ ra/rio: ex motib⁹ eoz t ordine exēpla sumēs t regulas suarū actionū nō tñ artificia/liū in q̄bus ars imitāt̄ naturā: sed etiā mora/kū operū directiuā. Et qm̄ inter cetera ta/ha potissime mineralia corpora: vt sunt fer/rū vel argentū vel aurū t alia q̄cunq̄ me/talla: t cu eis etiā lapides humane necessi/tati deseruit; scriptura sacra diuinis/pirata: in q̄ testante Aplo: Quocunq̄ scri/ptra sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. de eis frequētūs legit̄ vt nō tñ ad cōmo/dū corporis illa cōcessa putemus: sed etiā ad morū exemplū inspicere studeamus. Quapropter Job diuersas metalloꝝ or/i/gines in x̄bis pmissis declarat siue descri/bit. Ex q̄bus beat⁹ Grego. in libro suo mo/raliū putiles moralitates assumit. At c̄ beat⁹ Job: Habet argentū venarū suaruz t̄. In quib⁹ x̄bis penfandū est q̄ neq̄ tam sanctissim⁹ vir aut de minera argenti aut de loco cōflatiōis auris: aut de ferri ori/gine: aut de solutiōis lapidis: t de cris for/matione t̄ seriose tractasset: si talia ad no/strā doctrinā p̄ficere nō nouisset. Et iō be/atus Grego. dicit p̄ argenti significari p̄/dicatorū doctrinā: cui⁹ venarū principiū est sacre scripture pagina. Ita quād vere p̄dicationis x̄ba se p̄parant: necesse est vt initii a sacre scripture pagina sumant. In auro x̄o significat̄ martyru patiētia: cui⁹ conflatiōis. i. p̄batiōis locus catholica ē ecclia. Quia nō nisi i catholica ecclia veri martyres sunt: ex eo q̄ sine fide: spe et cha/ritate q̄bus mēbra iungunt ecclie non ha/bet passio meritū: sicut in hereticis p̄tz. An/de Aplo dicit. Corint⁹. xiiij. Si tradire/ro corpus meū ita vt ardeā: charitatē aut̄ nō haheā nibil mihi p̄dest. In ferro aut̄ accepit̄ bonū op̄andi potentia seu fortitudi/no sanctoꝝ: qđ ferrū de terra tollit: q̄r for/tiores viri a terrena quaz prius tenuerant actione separant̄: t pugnatores ipsi⁹ ecclie ac pugiles deputant̄. In lapide x̄o: si/gnificat̄ interior cordis duricia t̄ iere cha/ritatē cōstātia. Unū lapis calore soluit̄ q̄n̄ cor durū t̄ a dñi amor̄ lignē frigidū fer/uore spūs tangit̄: t ad amorē mollit̄: t tūc

in es cōuertit̄ q̄n̄ charitate solidatū ad bo/na opa roborat̄: vt sicut p̄i⁹ dur⁹ fuerat̄ amore seculi: ita se postmodū forte exhibe/at in amorē dei. Et qđ de alijs hm̄oi talib⁹ metallis seu lapidib⁹ de qb⁹ in scriptura le/git frequēt̄: t in plurib⁹ locis est id esti/mandū videlicet q̄ ad nostrā cōferat̄ dīci/plinā. Est n̄rē intentiōis p̄positū post ex/empla simpliciū corpora q̄ iam sunt in p̄mo libro adducta. In hoc secundo libro de me/tallis atq̄ lapidib⁹: tam p̄ciosis q̄ comu/nibus t de alijs mineralib⁹ exēpla intro/ducere varia t̄ morib⁹ adaptare: eundem seruādo ordinem quē sc̄z in p̄ncipio tenui/mus: tā in capituloꝝ materiis q̄ in exem/plis.

Ex p̄licit prologus libri secundi.

Incipit liber secundus de exemplis t̄ si/militudinib⁹ rerum. Ca. I

Matores
dei assimilant̄ lapidi/b⁹ p̄p̄r oto/p̄mo qđ q̄ lapides s̄t naturaliter frigidī et sicci: eo q̄ ex partib⁹ terre solidis t compa/ctis lapidis substātia generat̄. Uex est tñ vt dicit Aristo. in. iiiij. Methe. ex sola fra nō fit lapis: q̄ vincens in ea siccitas nō p̄mittit vt in lapidem co/agulari possit. S̄ ex cōmīxiōe terre q̄ sit lutū qđ int̄ terrā t petrā ē mediū: qđ dū p/partiū suarū foris coagulationē p̄stringit in lapide mutat̄. Unū tali trāsmutatiō lu/tū vinctuosus ē ap̄t̄. Habet ḡ lapis exte/ra siccitatē: t ex aqua sil t terra frigidit̄. Unū ē naturalis sic dictū ē frigidū t̄ sic. Et ista cōpetit̄ spūalis amic⁹ dici q̄s chari/tas facit frigidos ab insatiabili auaricia. Charitas ei nō q̄rit q̄ sua s̄t: sic dī. i. Cor. xiiij. H̄c facit eos siccōs a fluxu p̄cupiſce/tie: q̄r virt̄ diuini amoris refringit̄ luto/ru carnis: sic p̄tz in Magdalena. Et tales s̄t lapides sc̄i q̄ sūt sine affectōe carnis et mūndi: Zach. i. x. Lapides sc̄i eleuant̄ sup/terrā ei⁹. Sc̄do lapides sūt substātiali/cōpacti. Quia sc̄i sunt i seip̄is coagulati-

De metallis et lapidibus

vinculo siue coagulo dilectionis et genit. **A**si
 charitas dei esse vinculum perfectum: **C**olos.
 iii. **T**ertio quod lapides sunt mirabiliter duri:
 et amici dei sunt duri per soliditatem patientie:
 quod charitas patiens est. **A**nd sic lapis a sua
 duritia ex aquae infusione non soluit: sic ami-
 ci dei ex tribulacionibus percussione a sua pa-
 tiencia non moueruntur: **B**ob. viii. **C**or ei in durabili-
 ter austeritate pnie. **I**ste secundum subhypsos duri sunt
 per correctionem et severitatem iusticie quod tanquam
 virga ferrea alios regunt: **D**eut. viii. **C**ui
 lapides ferrini sunt. **Q**uarto quod lapides
 sunt grauius ponderosi. Sic amici dei sunt
 graues et ponderosi per gravitatem mortis et deli-
 berationem prudenter siue in facie siue in dictis:
 fin illud Eccl. xxij. **A**erba sapientis stathe-
 ra ponderabuntur: et talium opera vel verba sunt
 magis grata bonis: **P**ro. c. **P**lacererunt ser-
 uis tuis lapides eis. **Q**uarto quod lapides
 sunt virtutis ignites: Quis enim lapis ex se-
 sit frigidus: igne tamen emititur si fortis sit per-
 fusus. **M**aior ex fortia et violenta aeris collisione
 in superficie ferrir lapidis subito aer allusus
 ignis et scintillando de lapide egreditur. Sic
 et amatores dei quod sine frigiditate ab estu
 amoris mundani: cum tamen ab ipso mundo fortis
 alliduntur: tunc diuino amore fortis igniuntur.
Asi prius in tribulacionibus et persecucionibus
 positi: ignis scintillans emicatur vel operam vel bo-
 rum: et talium opera sunt sacrificia deo accepta.
Hab. x. **D**e igne lapidibus igne accepto
 sacrificium obtulerunt. **S**exto quod lapides
 sunt infimi loci petitius: quod amici dei infima-
 petur per humilitatem: **L**u. xiiij. Recubare in no-
 nissimo loco. **II**. **C**orin. iii. **N**on ministratio mor-
 tis deformata in lapidibus fuit in gloria. **P**ec-
 ministratio lapidibus est humilius abiectione cuius
 est ministrare obsequia: mortificare vitia:
 deformare eorum corpora: quia humiles
 nec corpora eorum ornant nec coluntur. **U**n-
 de apparent in corpore despectus: et ideo su-
 gnatur per lapides impolitos: **J**ustit. viii.
 Edificant altare: id est altitudinem ecclesie
 de lapidibus impolitis: id est de hominibus
 despectis et inculcis. **N**item eius est
 glorificare: **P**roverb. xxix. **U**nilem spi-
 ritu suscitare gloriam. **S**extimo quia la-
 pidessunt terre compressi: quia scilicet ami-
 ci dei fratre corporis sui coprimuntur: et domantur
 per laborem penitentie et abstinentie: fin il-
 lud. **I**. **C**orinth. ix. **C**astigo corpus meum: et
 in servitutem redigo te. **E**ccl. xiiij. Lapi-
 des praeclarus desuper irruentes. Sunt eni-
 amatores dei lapides grandes quo ad spi-
 ritum desuper irruentes per corporis do-
 minum: quia spiritus in eis carnem sibi
 subiungat potenter et violenter. **O**ctavo
 quia lapides sunt diversarum partium ter-
 re ne dilabantur uniti. **U**nde Ambro. di-
 cit quod lapides sunt ossa terre: quod hoc in ter-
 ra probantur facere faciunt ossa in corpo-
 re. **S**imiliter amici dei dum homines ter-
 renos ad iniucem discordes ad concordem
 am: et pacem reducunt quasi quidam lapi-
 des medi diuersas partes terre adiunxit
 contungunt. **I**mmo etiam sicut in muro me-
 diante calcem lapides connectuntur: ita eti-
 am amatores dei mediante charitate inuis-
 tem coniunguntur: **M**acabab. x. **J**onathas
 dixit facientibus: extruite muros in mon-
 istatione: et in circuitu de lapidibus quadra-
 tis. **I**stis lapides quadrati sunt amici dei:
 qui deum quadrupliciter diligunt: scilicet
 ex toto corde: ex tota anima et ex tota men-
 te: et ex omnibus viribus: sicut dicitur Lu-
 ce. x. **E**t est intelligendum ex toto corde: id
 est ex intentione: ut scilicet tota nostra in-
 tentio feratur in deum: ex tota mente: id est
 intellectus: scilicet et intellectus ei totaliter
 subdatur: ex tota anima: id est voluntates:
 scilicet et appetitus fin ipsam reguletur.
Ex omnibus viribus scilicet quod omnis actus
 noster interior ei obediat: et propter ipsum
 fiat. **C**la. II

Haima debet as-
 similari vitro. **P**rimo quia vi-
 trum est summe perspicuum. **M**az-
 in aliis vasis metallicis quicquid in eo po-
 nitur visui occultatur. In vitro autem quis-
 liber liquor positus qualis est intus talis
 exterior oculis representatur: ut dicit **I**st-
 dorum. **H**ec perspicuitas fit in anima peni-
 scientia: quando quicquid est intus in con-
 dicio extra per confessionem proditur in
 de te sacerdoti: **M**att. viii. **A**ude et ostend-
 et in vitro color eius scilicet vini: et simili-
 ter cuiuslibet alterius liquoris immisisti.
Secundo quia vitrum est totaliter lu-
 mini pertinum. **N**am massa vitrea que nuc-
 fit ex cineribus arborum et berbarum per
 forissimum ignis conflagrationem: ex qua

Liber secundus

bus cineribus sit vitrum sicut cu nūc vtrū
qz admisces; cu i fornace fuerit liquefacta
et pfecte depurata cōtrabit substātie puri-
tatem et perspicuitate, ppter quā totaliter
a lumine penetraſ. Sīl ania per mundici-
am puritatis et pspicitatē simplicitatis ef-
ficiuntur incis dīvīne grē plenissime suscep-
ta: Apoca. xxj. Platee ciuitatis aurum
mundū et ranqz vitrū plūcidū. **T**ertio
qz vitrū est imaginū et vmbraū represen-
tatiuum. nulla enim alia materia est sic spe-
cularis ut ista. **A**nde de vitro precipio co-
ficiunt specula. **H**ec autē repēntatio anie
cōuenit tripliciter. **A**no modo fm natu-
ram; qz inter oēs naturas siue formas
materie unitas magis repēntiat ipsa ania
in se imaginem trinitatis: licet hec repēn-
tatio sit fm partē intellectualē que non est
actus materie alicul⁹ in cōstum hmōi. **A**n-
de dicil H̄. i. Faciam⁹ hominē ad ima-
ginem et similitudinē nostrā. Sed adhuc aia
fm naturā est repēntatiua alicul⁹ vmbrae:
qz vi dicunt Pbi. creata est in vmbra in-
telligentie. **E**lio modo cōpetit h̄ repēn-
tatio anie fm noticiā: qz anima cognoscit
res exteriores: nō quidē qz ipse res sint in
ania: sed p ipsarū rez imagines siue simili-
tudines quas ipa ania recipit ab eis. primo
quidē in sensu: postea i intellectu p abstra-
ctionem intellectus agentis a fantasmati-
bus. **A**h Pbs dicit in. iij. de aia. qz lapis
nō est intellectus: sed el⁹ species. **A**nde qua-
si ad modū speculi vitre est imaginū siue
species suo modo receptivitatis licet sit
in sensu et alter in intellectu: et p sequens
est ipaz rez repēntatiua et cognoscitua.
est etiā repēntatiua vmbraz. i. naturaruz
spūaliū: quas nō nisi p naturas sensibiles
et fantasmatā capiit quodāmodo inumbra-
tas. **T**ertio hec repēntatio imaginū cōpe-
tit anie fm grām. Quia scz aia p memor-
iam debet sibi sepe repēntare imaginē. i.
exempla virtutū et vmbras vtriorū et apri-
rum defecētiū ad deserēndū: siue altenozū
ad cōpaciendū v̄l corrigendū v̄l vitandū.
Quarto qz vitrū est lūme ductile siē liq-
dum. Tantā enī recipit ductibilitatē qz fa-
cile ad faciū artificis in formas varias et
figuras cōtrarias subito trāsformet. Ali-
qñ etiā corio regifaliquā argenti more scul-
pitur: sicut Isido. dicit. Sic ania debet fie-
ri ductibils p obedientiā: vt p flatum: id

est ad instinctū: v̄l p mandatiū dei v̄l supe-
rioris sui moueat et trāsmutet et velocitē ob-
sequatur. Et si diuersa et varia iniungātur
et alterius voluntate poti⁹ qz ppxia tanqz
corio circūducaſ: et argenti more quālibet
sculpturam sibi impressam. i. quodlibet u-
tra normā sibi traditā iussum suscipiat et
firmiter teneat. **Q**uinto qz vitrū summe
frangibile est cu est frigidū. Sic aia p pec-
catū calore charitatis extincto frigescit: et
a qbus calore et tentatiōib⁹ faciliter frāgitur.
Sexto qz vitrū nō ē reparabile nisi fue-
rit iterū liquefactū: **G**uis autiqz dicas al-
quē schlisse vitrū fractū reparare p mallea-
tionē. **A**n phialam talē de vitro factā Ly-
berio cesari: p̄ artiferi i terrā plecit quā
nō ruptam sed malleo plicatā emendavit:
quē cesar decollari fecit: osiderans qz sita
le sic reparabile fabriter: aurū p luto ba-
bere: et iō preciū alioꝝ metallo p oino per-
dere: et hoc ē cōmune dicitū: **Q**uidā tñ al-
chimiste dicūt qz pōt etiā hodie fieri vitrū
malleable et flexibile cu pulure b̄ basilicē
si aspergaſ sup ipm qñ liquefacit in forma-
ce. quod vitrū verū sit ignoro. Sed fm pri-
mū dicūt qd̄ est magis cōmune dicim⁹: qz
sicut hodie vitrū fractū non est rapara-
bile nisi iterū liquefacit: ita anima p pec-
catū fracta non est reparabilis ad grati-
am nisi liquefacit per penitentiam. **S**epti-
mo quia vitrum est omnī colorum suscep-
tuū. **O**mni entū colore tingitur: vt bla-
cynthino v̄l smaragdino: et omnes lapides
imitatur scz in colore: licet non in va-
lore. Et ideo dicit Antenna qz vitrū est in-
ter lapides sicut stult⁹ inter homines. De-
clinat enim ad omnē tincturam. Sic ania
ad omnem fortunā vel statuꝝ quem deus
vult dare debet se humiliter inclinare i san-
ctorum colores: id est virtutes imitari: nec
curare si hic ad stulticiā reputatur: quis
quod stultum est dei: sapientius est hoīb⁹.
deridet eum iusti simplicitas ab hoīb⁹: iſ
non deridetur a deo.

A **R**aricia assimi-
latur onychino. **P**rimo p aspe-
ctum. Nam onychinus indic⁹ ha-
bet aspectum et similitudinē vnguis. Et iō vo-
catur onyx siue onychin⁹: qz greci vngue
onyx dicūt: sic dicit Isido. Iōz enī colorē
mixtū ad similitudinē būani vnguis. In h̄ ḡ

De metallis et lapidibus

onychinus baber silitu dinē vnguis: de signatur auarorum rapacitas: qz aues vgue predā rapiunt, et ideo que sunt rapaces habent nigros vngues. Sed onychionus arabicus ē nigri coloris cū candidis conis. Qd cōpetit diuitiz auaricie: quia diuites auari licet tingant exterius conis albis. i. honorib⁹ et p̄spexitatib⁹ mudi interl⁹ et h̄t nigredinē et deformitez peccati. p̄t qd̄ dixit eis Lu. vi. Ut vobis diuitibus q̄ solutio nē v̄ram in B̄ mun do. Seco ppter effectū. Hā s̄m Vlasco. Onychini cona collo v̄ manu portata tristiciam excitat: timores multiplicantur. alos cōmouer ad lites et rixas. Sic etiā p̄spexitas mudi quā appetit auari si in collo gestet: H̄t est p̄ct̄ p̄dēns siue māu. i. siue habeat in affectu cordis: qz coe in infra p̄ct⁹ p̄ciudit: siue in effectu opis: qd̄ ē gestare manu. vtrōqz mō excitat tristiciaz. Et ideo H̄t. q̄ lapis onychinus inuenit in terra eulath: qd̄ interptas doiens. Hā mudi suba q̄ nob̄ habita h̄c in cupidis generat tristiciā si ac̄h̄t nō possit sez ire: qz ip̄e non assequit. Ita et tristiciā inuidie q̄ tristat inde si alijs assequat. Si autē actu habeat vt ē in diuitib⁹ auaris: adhuc exicitat tristiciā ire si pdaet vel minuas: et inuidie si ab alio supereat vel parificeat. Invtricqz multiplicat timores: qz cupidi timet ne eis lucet impediatis. Auari timet ne eis id qd̄ h̄t aufera. Itē alos cōmouer ad lites: qz cupidis litigat ut accipiat: auar⁹ aut ut teneat. Uā auaricia siue cupiditas m̄r est litiu et causaz et questionū. Itē rixe et bella ex cupiditate et auaricia ut plurimū oziunt. ppter h̄ Seneca dicit: q̄ terissime vinerent boles si hec duo, pnoia. s̄. mēu et tuū oēs q̄sticōes et lites generat auaroz. Tertio ppter remedium. Hā onychin⁹ ī p̄ntia sardij nocere nō p̄t. Hā sardius q̄ mentez acuit cū flamelū siue rubei ē coloris designat amorē christicū qui mentez acuit ad etiā p̄siderāda: et triā ins̄fāmat ad ea desiderāda: et iō fac̄ vilesce re oia tpalia. Hā sicut Grego. dicit: Uile scūt tpalia cū desiderant eterna. Qd ergo onychin⁹ nō nocet ī p̄ntia sardij ē: qz illuz auaricia nō inficit in q̄ est amor dei. qz vbi est amor dei: nō h̄t locū amor mudi: et ecōverso. i. Job. q̄. Si q̄s diligat mundū nō ē caritas dei in eo.

Ca. IIII

Boni viri assimilati

Blanck marmorib⁹: qz marmor alij lapidib⁹ est solidi: cōpacti: vti lius et pulchri. Boni enī viri sunt solidi p patiētiā siue fortitudinē: bsi cōpacti p tēpe rantiā: pulchri p prudetia: et viles p insti ciā. Uā ip̄i sūt colūne marmoree. i. vtuos plone qb⁹ tētoria p curiā regl. i. ecclie chri sti fulciū: Hester. i. Assimilant ḡ p̄to bo ni et vtuos viri marmorib⁹ rōne soliditatē. Marmor enī solidū ē. Hā ppter sui soliditatem difficile rūpit. Silt boni viri sunt solidi. i. fortes et p̄stantes: ita ut aduersitatib⁹ nō cedat. et sculpturas. i. imp̄ssiōes violen tas et inuirosas q̄ sunt odiū: ira: tristitia et hmōi nō facilis suscipiunt. H̄tādū ē de soliditate marmor et mirabilissimū accidit et marmorei lapides nec calibe nec ferro v̄l serra v̄l malles p violētiā edomant: s̄ p la minā plubē asserib⁹ mollib⁹ intersertam. Plubō enī et nō ferro lapides marmorei dividunt et secantur int̄ aseres et equant. Silt fortitudo q̄rndā: nec calibe foro invasit: nec ferro dure p̄cussōis: nec serra dentata dentibus deractiōis: nec mallo violēte p̄cussōis nec violētia cniulcū: q̄ tribulatiōis frāgit̄ nec vincit. Et tñ plubū. i. vita voluptuosa q̄ in aq̄s p̄cupisētē submergit: s̄m illud Exo. xv. Submersi sūt q̄ si plubū ī aq̄s v̄hemētib⁹. int̄ aseres molliſimū carnis: qd̄ duriciā marmoris frāglt. i. oēm mētis fortitudinē eneruat et destruit. Uā p̄bissimi viri et forissimi bellatores q̄ nū q̄vinci potuerūt bellī aspitate: victi tñ et debilitati sūt lu rurte voluptate: sicut p̄z de Samson: David et de multis alijs. Seco boni viri assimilant marmor rōne cōpactiōis. Sūt enī marmora valde cōpactra corpora: qz ptes sūt ad iuncē colligate v̄l et glutinate v̄l et stricte. Et hāc cōpactiōne facit ē ī bono vīro virt⁹ tēperātie. H̄t enī ē q̄ efficit ut caro sp̄nt: et sensuitas rōni p̄cordet et p̄federet: q̄. s. tēperātia remota valde sibinūcē aduersarent et mutuo diuiderent. Uā tēperātia ē q̄ tenet bas p̄tes homis adūlceret p̄cordes et formes. q. s. p̄cordia et p̄formitas ē ut qdā salubris cōpactio q̄ ē in bonis viris. Tertio boni viri assimilant marmor rōne speciositatē siue pulchritudis. Inueniunt enī marmora pulcherria diuerloꝝ coloz et ge

Liber

secundus

nerū: siē dī. i. Maralip. xix. Diversorū colox oēz lapidē p̄ciosuz: t marmor parau abundatissime. Nec aut pulchritudo t va rietas cōpetit prudētia: qz oīm prudētum opa grata viden t pulchra. Diversa autē genera et colores marmoz sunt diūse par tes prudētia t diversi modi prudentie. Inueniunt enī marmora cōter octo colorū. Quia inueni marmoz albū:nigrū:ru beū et variū sive serpentinū. Et h̄ qnqz modoz quoddā molle:canc. a t nigrū: quoddā duruz qd̄ d̄ purpuretes: eo q̄ vt purpurā rubeu ē: cādīdis t̄ interuenientibus pūctis: t̄ b̄ ē egypte. Est aliud corallicū l̄ asia reptū non bñs ultra duos cu bitos in dimensione t mēsura: t tale mar mor: est candidū sicut ebur: t̄ h̄ quasdam maculas qdā. p̄portiōe diversas t̄ nigras. Est et aliud gen̄ thebaicū aureis guttis tinctū: est t cariseū viride or. inū: quod valde gratū hñt q̄ gēmas sculpūt: eo q̄ el viriditas oculos reficiat. Et etiā silī assū gnant a doctorib⁹ octo partes integrāles prudētia: quaz qdā ad prudētū ptinet h̄. q̄ est cognoscitina agibilū: t̄ qdā fm q̄ ē opatiua. Scđm enī q̄ cognoscitina ēst p̄si derat ipsa cognitione aut ē p̄teritorū: t̄ sic est a Tull. vna ps prudētia p̄teritorū memo ria. aut ē cognitione p̄ntium sive necessariorū sive p̄tingentia: t̄ hec ē alia ps prudētia: q̄ ab eodē intellect⁹ vocat sive intelligentia. Si vero p̄siderat cognitionis acclitio: aut sit p̄ disciplinā: t̄ sic ē tertia pars pruden tie: q̄ a Macrobius super srias Platonis plerini vocat docilitas: aut sup̄ inuentio nē: t̄ sic ē q̄rta ps: quā Arist. in. viij. Et̄. vocat eustochiā. I. bonā cōiecturationem. cui ps vt dī in eodē ē solertia: q̄ est x̄a cō lecturatio mediū: vt dī in. i. posteriorū. Si vero p̄siderat cognitionis vsus: fm sc̄z q̄ ex cognitione aliquis pcedit ad alia cognoscenda yl̄ iudicanda. sic ptinet ad alia par te prudētia q̄ vocat rō p̄ Macrobiū. Scđo vero q̄ prudētia est opatiua sive opis p̄cep tiva. Primo necessariū est vt ordineſ ad cōmodū vt ad finē: t̄ hoc ptinet ad ali am partē prudētia: quā Tulli⁹ prudētiaz vocat. Scđo vt attēdat circūstātias ne goch: qd̄ ptinet ad aliam partē prudētia: quā Macrobi⁹ vocat circūpectionem. Tertia q̄ vites impediamenta: qd̄ ptinet ad octauā partē prudētia: quā vocat Mā

erobius cautionē. Sūt ḡ octo partes pru dentie dicte. sc̄z memoria: intelligētia: do cilitas: solertia: ratio: puidētia: circūspe ctio t cautio. Quarto boni viri assū lantur marmoz rōne vtilitat̄. Nam mar mor p̄p̄ suā frigiditat̄ et vnguētoz aro maticoz seruationez veillissimū inueniēt. Et hāc vtilitatē boni viri faciūt p̄ iusticia. Nā q̄i vnguēta fouētia t recreantia sunt bona opa in qb̄ vn̄ hō alteri cōicat ad q̄ recte faciēda t̄ seruāda ordinat̄ hō p̄ vir tuē iusticie. Cui iuter alias virtutes p̄p̄ uīt ordinat̄ hoīem in his q̄ sunt ad al terū. Importat enī iusticia eq̄litate qndā vt ipm nomē demonstrat. Dicunt enī vul gariter ea q̄ adequanat̄ iustari: eq̄litas aut ad alterū est. Alii aut̄ morales virtutes p̄ficiūt hoīem in his q̄ sunt fm seipm. Et̄ ergo sunt illa marmora sc̄z sancti viri qb̄ paup̄iūtē tēpli. t̄ infētior ecclia sc̄z militas sternit. h̄. Maral. iij. Ca. V

Charitas assūmī

Latuit bitumini. Primo ratiōne ḡneitatis: q̄ bitumen ē fm Isido. quedā terra glutinosa iuxta lacū mor tuū: cui natura ē ardēs t ignita. Sic cha ritas est quedā viri p̄glutinatio t vni tua: cui q̄si loc̄ est p̄p̄rius cor mortuū et mortuū peccato t mūdo: q̄ si q̄s dīgit mundū: non est charitas pris in eo: vt dī. i. Job. ii. Nec etiā viri sp̄nalter ardēs ab igne sanctisp̄us est derivata: fm illud Lant̄. viij. Lampades ei⁹ lāpades ignis atq̄ flāmarū. Lampades enī dī sunt mē tes hoīm: t̄ pure sanctisp̄us contemplatione et flaminis charitatis succēse: Señ. xiij. Vallis silvestris habebat multos putoes bituminis. Vallis ē mens humilis: q̄ si ē sil uestris et a tumultu mūdi et affectu remo ta habet multos putoes bituminis. i. mul tos t̄ p̄fundos sive altos affectus charita tis. Scđo rōne tenacitatis. Nā bitumen est tante tenacitatis vt nec aqua nec ferro dissolui possit sed sanguine mēstruali. Sic charitatis glutinū tam tenaz est vt nec aq̄ tribulationis nec gladio p̄cussiōis solua tur: Lant̄. viij. Que multe nō poterūt et tingere charitatem. Et io aca. Noe vt esset fortis stra aquas diluuij bitumine linis cam dī p̄cepit: Señ. vi. Bitumine linies intrinsec⁹ t̄ extrinsec⁹. Arca enim Noe ad

De metallis et lapidibns

92

est mens iusti d^r atra aquas diluuij. i. contra tribulatiōes mudi: bitumine. i. charitate liniri intrinsec^q ad dēū: extrinsec^q quo ad p̄imū. Ferrū siue gladius p̄secutiōis charitatis bitumen separare nō potest: s̄m illud Ap̄l R̄ma. viii. Quis nos separabit a charitate christi: an angustia: an nuditas: an famē: an gladi^r: t̄c. Soluis t̄s & tollit bitumē charitatis sanguine mēstruā. i. peccato mortali quod ab itimo fluit ad modū sanguinis: et ad modū membrum et abominabile et infectiuū existit. Et rōne virilitatis. Est enī bitumē utile ad multa: qz multiplice habet effectū. Nā habet virtutē cōpaginādi lapides. Unde lapides viui. i. viri iusti hoc glutinino cōpaginant ad innicē in fabricā ecclie: & etiā latres. i. p̄tōres ad deū cōuersi & igne dolor^r seu tritōnis excōcti hoc glutinino p̄lūguntur. H̄n. x. Faciam^r latres & coquamus eos igni: babuerūt latres. p̄ saxis & bitumen. p̄ cemento. Sitr ligna & tabule nauium alucibū bitumine copaginant: p̄ quas naues alioū onera portātes intelliguntur prelati: qbus ne dissoluant aq̄s & cupiscētiā & vndis tribulationū: necessariū est glutinū & inuamē charitatis. Etē habet bitumen virtutē attrahēdī: cōsumēdī & cōsolidaudi si puluerēt & sup vuln^r ponatur: si etiā fumus narib^r attrahat multum reuma in capite cōsumū: vñ dicit Plato. Ita charitas ad deūm attrahit: s̄m illud Osee. xj. In fūniculis adam trahit ē in cul^r charitatis. Etē malos humores. i. malas affectiones. Et reuma capitū. i. fluxum mētis. i. malaz cogitationū p̄sumit. Etē spām mētis mollicē solidat: dū timorem servile foras mittit. Nam pfecta charitas foris timorē mittit: sicut d^r. j. Job. iiiij. Etē charitas assimilat lapidi sardio: q̄ sicut dicit Isido. vocat sardius: qz in sardis fuit p̄mo inuenit: qz hec similitudo ē competēs. Primo ratione coloris: qz sard^r ē ruber coloris. Rube^r aut̄ color ē s̄c igne^r color: & p̄cedit dominū calidi in pmixto et attribuit amorē & p̄cipue charitatē que est vt quidā ignis diuin^r mente feruere faciens et rubere. Cān. v. Dilēct^r me candus et rubicundus. Candidus ppter puritatem carnis: rubicundus ppter inflamationem mentis. Ap̄c. iiiij. Qui sedebat sum̄ erat aspectū lapidis iaspidis viridis:

intellige virginitatem carnis. Est enī lapis viridis coloris: sed ī rubore sardinis intelige amore charitatis q̄ mēs ignita rubet. Seco ratione virtuose operationis: qz vt dicit Dias. hic lapis gaudiū accedit: timorē pellit: audacē facit: et mentem acuit: et se gestantē ab incantationib^r et maleficijs turum reddit: que omnia suo modo cōpetunt charitati. Hec enī ē q̄ de p̄sentia animi sc̄z dei in anima gaudiū generat. Sal. v. Fruct^r spiritu sunt gaudiū. t̄c. Quia sicut charitas ē a sp̄sancto: ita gaudiū a charitate deriuat. Itē h̄ ē que timorē pellit: & per consequēs forē et audacē facit. i. Job iiij. Timor nō ē in charitate. Itē hec ē que mentē acuit ad celestia contēplanda. et iō est similis igni: q̄ habet figurā pyramidis supius acutā. Unū mēs b̄ igne flameces ingreditur in p̄lum. i. Job. iiiij. Qui manet in charitate in deo ma. t̄c. Nec ē etiā q̄ demum incantationib^r. i. blandis tentationibus et maleficijs eoz resistit: qz forē est ut mors dilectio. Cān. viii. Tertio rōne resistentie vigoris: qz tāti vigoris ē h̄ lapis & onyx eo p̄te ledere nō pot. In onycē ei q̄ & tristiciā excitare: p̄t intelligi quod cū aduerterit. Onyx & sardio p̄te nō obest: qz ybi charitas adest nulla aduersitas nocet. Nā diligētib^r deūz oia coopant in bonū: sicut d^r R̄ma. viii. Cān. VI

Ontemplatio as
similat saphyro. Primo ppter aspectū coloris. Est enī saphyrus gēma cerulea: celo sereno in colore simillima. Sitr cōtemplatiū viri h̄nt colorē. i. cōversationē serenā & celestē: s̄m illud P̄bl lip. iiiij. Nostra conuersatio ī celis est: Ecce chiel. i. Supra firmamentū quod erat imminens capiti eorum quasi aspectus lapidis saphyri. Secundo propter excessū valoris: quia saphyrus inter gemmas est summe preciosa: et regum digitis magis apata: et inter omnes melior est indica: maxime quando habet quosdaz pulueres aureos intermixtos. Similiter & in vita virtute contemplatiū est preciosissima. Est enī maioris meritū: dulcioris exercitū: quietioris animi. Unū Maria optimaz partem d^r elegisse. Hoc maxime competit regibus. i. prelatis et rectoribus: vt sicut alijs hemis nō honoris dignitate: ita etiā alijs hemis

Liber secundus

neant mēris sublimitate. Est autē p̄templa-
rio optima q̄ sic mērē eleuat ad celestū emi-
nentiā: q̄ tū ei nō tollat p̄rie fragilitatis
memoriā. vt. s. p̄tēplatiū anim⁹ r̄ sit p̄ p̄tē
plationē sublimis: r̄ p̄ sui cognitioneſ ſem-
per remaneat humilis. Et talē ſit ſaphyrus q̄
bz pulueres aureos intermixt⁹. Et enim
p̄rie fragilitat⁹ vel morris intuit⁹ velut q̄
dā puluis aureus. puluis p̄ humilitatem.
aureus p̄ utilitatē: q̄ ſeruat aſam ne a pec-
cato corūpāt. ſicut auꝝ d̄ ſeruare a le-
pre corruptionē ſi ei⁹ puluis v̄ limatura ſu-
mat in cibo v̄l potu vel medicina: vt dicit
P̄late. Job. xxviiij. Non ſaphyri lapides
eius: r̄ glebe illi⁹. Eccl. vii. Memorare
nouissima r̄. Tertio ppter defecuz ful-
goris. Et enī ſaphyr⁹ depliſus nō perluci-
dus vt dicit Iſido. Sic p̄tēplatio p̄tia vi-
te nō ē lucida ſed obscura: q̄ videm⁹ nunc
p̄ ſpeculūt in enigmate. Ezech. x. Tidit: r̄ ec-
ce in firmamēto qđ erat ſup caput cheru-
bin q̄ſi lapis ſaphyr⁹. p̄ firmamētu intel-
ligit firmitas t̄ ſtabilitas gl̄ie celeſtis q̄ d̄
ſup caput cherubin: q̄ ſez oēm mentē ſci-
entia trāſcendit: r̄ eſt q̄ſi lapis ſaphyr⁹: q̄ ſez
contēplationis eius intuit⁹ in hac p̄ſen-
ti vita q̄ſi cūq̄ ſit nobis delectabilis gra-
tus: nobis tū nō eſt pur⁹ r̄ clarus. ſicut ſa-
phyrus ē aspectui quidē graſ⁹: ſed tū qđē
ſuſ ſuſ noſ lucidus. Et iō P̄obs dicit de p̄rie/
tati⁹ aſaliū q̄ de diuinis in vita ita paꝝ
poſsum⁹ in p̄templando. pſicere. Tū illud
modicū nō eſt negligendū: q̄ ſelectibili⁹
eſt adhuc q̄ſi aliq̄ alia oīa q̄ apud nos ſunt.
Item p̄tēplatio celeſtiuſ assimilat q̄mē-
thi. i. vene terre de qua fit lagurū. P̄dio
rōne color⁹. q̄ ſi lapis hic ē tāto melior q̄nto
colori celeſti ſumilio. Et habet qdā corpu-
ſcula q̄ſi aurea interſerta. Ita p̄templatiū
virti tanto ſunt meliores q̄nto celeſtib⁹ cui
bus ſunt in p̄tēplatiōe r̄ pueratiōe ſimi-
liores. Ut virginitas cōiugio pſertur: q̄ in
corruptionē vite celeſtis ſimilius cōforma-
tur: Luc. xx. In resurrectione neq̄ ſub-
neq̄ nubent: ſed erunt ſicut angeli dei i ce-
lo. Secundo rōne cōmunionis. Nam hic
lapis ſi eſt terra valer p̄tra ſincopim: ſed nū
q̄ſi patienti datur niſi ſubtiliſſime cōterat r̄
multotiens abluat. r̄ eſt ſignū pfecte ablu-
tionis: q̄ ſi aqua in qua abluat parū aut ni-
bil coloratur: neq̄ debet dari cū decoctione:
q̄ ſeſcenderet ad fundū: ſed ante vel poſt

dē: et hoc cū ſero vt d̄ ſi in lapidario. Mo-
ta q̄ ſerum eſt liquor qui fluit de recenti ca-
ſeo cū preniſ: vt dicit C̄atholicon. In qui-
bus ſignificat q̄ ea q̄ ſancti viri p̄ altitudi-
nem cōtēplatiōis p̄cipiunt. hec vt inferio-
ribus plint debet eis cōmunicare lucide.
Unde oportet q̄ ſubtiliſſime cōterat. u.
diligenter exponam. Itē difcrete. Unde
nō cū decoctione. i. no cū illo feruore cum
quo ab eis recipiunt: ſed b̄m cōuenientiaz
inferioris auditoris. Item mūde ſine ad-
ministratione fantastarū ſue errozuſ. r̄ ſo-
poret ut frequēter abluantur. Item ſic
dari debent ut poſſit qui accipit facilis ca-
pere. r̄ ideo cū ſero qđ eſt lacteum r̄ facile
ad deglutiendū: Dpls. i. Coimbr. iij. Tā.
q̄ ſi paruiliſ in christo lac vobis dedi r̄.
Tertio rōne curatiōis. Valer enī miro mo-
do talis puluis ſue poſto ad ſoluendū r̄
curandū quartanā: quia ea q̄ ſanctivirū et
celeſtium cōtemplatione p̄cipiunt alijs ut
dictū eſt debito modo data: id eſt cōmu-
nata ſuſtant ab eis quartanā: id eſt accidi-
am. Mā quartana ex putredine humoris
frigidi r̄ melancolici. puenit que etiā ad
accidiā diſponit: ſed verba celeſtia audita
mentē frigidā accendit: r̄ ſic accidē frig⁹
repellunt. Heſ requies r̄ dulcedo cōpela-
tionis babet poſt certamina laborū r̄ ſub-
iulationem paſſionis. Unde vita cōpela-
tiua aſſimilatur terraneo: qui eſt lapis cry-
ſtallo ſumil ceruleo colore infectus v̄l refe-
rus. r̄ hic apud germaniaz ek. Alius ē by-
ſpanicus rutilans ſicut flāma. Ande p̄pi-
num qui eſt cryſtallo ſiliſ ſignatur cor-
dis puritas. poſt ſecondū quidē flāmeū de-
ſignatur feruens charitas. Et hec duo ma-
xime ad contemplationē diſponit. S̄i no-
tandum q̄ vtriusq; virtus dicit̄ ead prelia
r̄ cauſas vincendas: r̄ valent etiā ad dul-
ces ſomnos ſicut i lapide dicuntur. In q̄ ſi-
gnificat q̄ poſt prelia ſuperata laborum r̄
tentationū. poſt cauſas deuicias etiā paſſi-
onum in q̄bus caro ſub iudicio rōnis ad-
uersus ſp̄m p̄tēdit. ſequit dule ſomnus.
requies p̄templationis. Ca. VII

Ontinentes et

P̄cipue ſigines aſſimilant mar-
garitis. Primo rōne geniture
ſine generationiſ: q̄ ſi margarita generaſ
ex celeſti rore ſequit ſept̄ tpe anni ſebe hau-

De metallis et lapidibus

riūt. Et dicitur margarita: qd in conchis maris inuenit. Et de in lapide: qd qd margarita generat ex rore quanto rotat: aer hau-
 stū plus fuerit: tanto rotatio maiorem gene-
 rat margaritā. Et de qd cū margarita ictipit
 generari. si coiusatio vñ tonitrū supue-
 nut et concha claudat qd sic aboſu patif.
 Qd ergo margarita ex celesti rore generat
 significat qd stinētia carnis ex dono cele-
 stis g̃e possidet. vñ d̃r Sap. viii. Nō pos-
 sū esse cōtinēs nū d̃r det. Et ideo dicebat
 Aug. deo i libro p̃fessionū. Da qd iubes:
 et iube qd vis speras nob̃ virginētā. Et ido-
 qnto plus haurit de grā tāto maior et pu-
 rior et stinētia. sic qnto plus haurit et tāto
 maior generat margarita. Qd autē
 in cōchis maris inuenit: significat qd cōti-
 nētia nō in deliciis rep̃it: sū illud Job. x/
 xiiij. Nō iuēt i terra suavis vineū. Ber.
 Humilitas perit in duliciis et castitas i de-
 liticiis. sū in conchis regis. i. in duris et amar-
 poti cōseruas. Qd autē tonitruo et coiusca-
 tiō se claudēt aborit. signat qd stinētia nō
 si diuise magnitudis timori seu inspiratiōi
 qd i tonitruo designat se p̃ humilitate aptat. i
 nterior puritas nō inte-
 gra fuit b̃ p̃d. vñ Eccl. xxvij. H̃i in tio-
 re dei tenueris te instāter: cito subuertetur
 dom⁹ tua. Sc̃o rōne excellētē: qd qd
 margarite sūt alij excellētiores. Quedā
 enī vniōes vocant eo qd tūn vna et nō ples
 sum reperiāt: et in his designat prograti-
 ua stinētia sue virginitali xp̃i et matr̃ sue.
 Quia xp̃s tūn vñ ihoies: et mas ei⁹ tūn
 vna inf̃ mulieres ē vera et pfectissima mar-
 garita. xp̃ singularē et pfectissimā stinētia
 puritas. vñ Mat. xij. Inuēta vna p̃ci-
 osa margarita tē. Cōmuniter autē inē mar-
 garitas sūt meliores candide qd qd alij mo-
 do sūt flave. Nā illas iuēt aut matutini
 rois cōceptio facit claras. bas x̃o senect⁹
 vel ros vesp̃tinus reddit obscuras. vt dīc
 t̃. Margarite ergo cā dide sūt virgiles.
 qd autē flave sūt vidue cōtinētes. sed meli-
 or et clarior est stinētia virginalis qd ab ipa
 iuuēt qd matutino roze. i. tēpestina gra
 decorata virgītā. d̃corē et retinuit: quā qd in
 senectute qd quasi vesp̃tio roze. i. tarda gra
 tia sup̃fusa cōtinētia incipit. Inuēt que
 dam naturalis pforate: et ille adhuc melio-
 res sunt alij: et tales sunt virgiles fideles:
 qd x̃o fidei pforatū habet auditū. Nā
 fides est ex auditū et auditū p̃ x̃bū dei. qd
 penetrabilis est om̃i gladio ancipiti. Sunt
 ergo ille margarite p̃ alij eligēde que sūt
 albe clare speculares et rotundē. Quia ille
 cōtinētes sūt alij meliores: qd sūt albe
 p̃ carnis virginitatē: clare p̃ mētis purita-
 tem: speculares p̃ cōuersationis sincerita-
 tem: et rotundē. t. mobiles p̃ operositatē: qd
 corpus rotundū motui est aptū. Nō enim
 oportet virgines manere ocoſas. Prodiū.
 vlti. Panē ocoſa nō comedat. Tertio ra-
 tione apparet. videntur enī i sūt marga-
 rite parues in quātitate: vt ne cūtra seminu-
 cem crescere vñq̃ putent. sed tamē sūt ma-
 gne in valore. Dic virgines et stuēdes de-
 cet esse parues p̃ apparetia humilitatē exem-
 ple illo sūme virginis que dixit: Quia re-
 spexit humilitatem ancille sūt te. sed tamē
 debent esse magne per existentiam et valo-
 rem virtutis. Quarto ratione efficacie: qd
 quia habent virtutē malorum humorum ab-
 steruā. flurus ventris et sanguinis restri-
 ctuā et etiā cordis fortitudinā. vnde valēt
 contra cardiacam et sincopū. Sic virgines
 et cōtinētes debent in seipsis malos hu-
 morē. i. malas affectiones: sūe immūdicas
 cogitationes expellere. fluru carnis et san-
 guinis. i. peccati p̃ abstinentiā et honestatē
 restringere. et spūalib⁹ et p̃ijs opib⁹. s. ozo-
 bus et elemosynas sui cordis debilitatē cō-
 fortare: ne pusillanimitate deficiat ex aliq̃
 tribulatiōe vñ tētatiōe. Tētē stinētia assū-
 lat calibi. Primo qd calib⁹ est substātia
 purior ferro: qd ferrū est magis terrenū in
 substantia. et habet terrestre lutulētū et nō
 purū. Et ecōtrario calib⁹ h̃z min⁹ de terre
 no nec ita lutulētū est sed magis pur⁹. Tā
 qd ferrū ergo impurū h̃o incōtinēs est ha-
 bens lutulētā carnalis immūdicē: h̃tā
 qd calib⁹ est h̃o cōtinēs: habēs parum de
 terrestri. i. de cōcupiscētia carnis. et sine lu-
 tulētia. i. carnali immūdicē. Secundo
 qd calib⁹ est ferro cōpactio: et ideo etiā so-
 lidior. Sicut etiā cōtinēs est b̃n cōpact⁹. i.
 b̃n cōpositus in morib⁹ et solidior. i. stabili-
 or. Sed ecōtrario incōtinēs īcōpact⁹ est. i. in-
 cōpositus: sc̃d molis magis ad cedendū
 tentatiōib⁹: sicut ferrū facilius mollificat
 ab igne. Tertio qd est durabilior: qd
 ferrum ppter impuritatē citius rubiginez
 contrahit que ipsum consumit. Similiter
 homo incōtinēs citi⁹ senectutē incurrit qd

1

Liber secundus

Spm corporaliter debilitat et consumit: si homo continens duntur viuit: quod non cito senserit.
Quarto quod ignis citius adurit ferrum: quod minus compactum citius penetrat. Tunc ergo ignis adurere est mulieris pulchre consumptum vel coniunctus: quod coniunctus incendiatur cito penetrat et inflammat. Hiero. Flammigerum ignem peccatum mulier conscientia et inflammat. Si continens est sicut calibus in quem ardor carnis amoris non faciliter intrat. **Ea.** VIII

Orreptio delinquentis debet esse similis lapidi quod dicunt cos. dicit enim sic eo quod ad incidentem ferrum acuat. Et omnes eni greci incisio latine dicunt: quia. I. correptio debito manu facta etiam a metu ferrea et dura non tam virtus amputat et incidit: sed ad bona eam aptat et acuit. Sed quedam cos est ut dicit Iustus. que ad acutem idigit oleo: quod dicitur. Quia videlicet discreta correptio quod idigit oleo lenitatis: secundum illud Salomonis. vi. Si occupatus fuerit homo in aliquo vellico: vos qui spinales estis corripite hominem in spiritu lenitatis. Etiam quod idigit aqua austeriorum. Nam sic idem Iustus. dicit: Oleum coti additum lenet: aqua vero acerbitate reddit. Hoc autem agendo eos proprie habet quod dum acutem alteri seruit: se paulatim consumit ut Gregorius dicit. Et talis est platinus malus vel pectorator: quod dum aliis pectorando vel corrigitur pectoris: scilicet malum malevitudo vel se non emendando amplius consumat et destruit. Debet ergo esse ut cos iusticia vel celum rectioris: qui dum lingua vel manus mouet ad corrigitur vitta delinquentis quasi ferrum acuit ad incisionem ulceris. Coorigere voleas delicta debet intendere ad extirpandum vitium radices. I. illa principalia vitta cohibere. ex quibus quasi omnia delicta percepit: si est fuit superbia: auaricia: luxuria. Et hoc corrector vitiorum debet esse filius lapidi cognitus. cognites enim dicitur lapis quod vitrum coloris est sequitur gestare ad collum sicut dicitur Vias. sanguinem strigere: metis alienationem expellere: et applicare lignum ardenti flammam ei extinguit: flampus sanguinis referit ad luxuriam. prima enim sibi fuit secundum naturam sanguis et semen: metis alienatione referit ad superbiaz quam quod a vera sui cognitione alienatur estimat de se quod non est. Sed flamma ligni designat cupiditatem et ardentem auariciam animi: unde cum ista refrenant omnia vitta cum tuis cohibentur.

Capitulum: IX

Dilectio vera

Dicitur assimilat calcem ratione igneitatis. Nam et Iustus. propter hoc calcem vivum dicitur: quod huius actum sit frigida: occultum tamen in se continet ignem. unde si aqua profusa fuerit mox ignescit. Et quoddam valde mirabile accedit ut Augustinus dicit in libro de civitate dei: quod calcem ex aqua iecidit: ex qua omnino ignis extinguitur: oleo vero exquisit quo omnis ignis nutritur. Similiter vera amicitia et aliquid fratrum ad exteriorum actus videatur frigida. I. quod non operet vel ostendat exterior signum: siue propter occupationis altius impeditum est: siue quod non sit oportunitas: tamen semper ignem viui amoris seruat in intimis cordis. et propter hoc dicitur Proverbius. xvii. quod omnipotere diligit: qui amicit est. Sed supponitur aqua aliquis tribulatio seu angusties necessitatis: tunc statim ille ignis interior. amor erupit et exterior in opere ostendit. et secundum Salomonem ibidem subditur quod frater in angustia coproba. unde ignis vere dilectionis in aqua. et tribulatio et aduersitate magis acceditur. propter quod dicit Valerius marinus quod sincere fides amici percepit in aduersis cognoscuntur. Sed ex oleo consumptis et prosperitate calcem dilectionis quod extinguitur: siue quod prosperitas mundi quod extinguitur et tollit dilectiones deinceps: siue quod homini in prosperitate positio non est necessaria magna signa vel obsequia dilectionis ostendere. Quia sicut dicit Valerius: prospera fortuna cum diuina largitatem sicut fons est: humana minima inducit. Non debet enim hominem amico in prosperitate posito magna signa dilectionis vel obsequia ostendere: ne forte estimetur quod propter illum prosperitate et propria utilitatem eum diligat. unde Probus dicit in Ethica. quod ad amorem in aduersitate postea cum est et sepe: sed ad amorem postea in prosperitate raro et tarde. **S**econdo dilectio vera amicitie assimilat calcem ratione unitatis: quod lapis lapidi non bene coniungit: nisi ei calcem mediavit. Nam ex calcem enim admixtione arenam et aquam fit cementum quo lapides ad insulam strictius vincuntur. Ita homo non vere socius nisi ei dilectio animi immediate unitur: quod secundum dilectionem si cum arena parietur quod sub aqua tribulationum mox: siue si arena est abstrahatur a fluui: vel saltu pedib[us] terat. siue sit quo socius a terra: quod utrumque per-

De metallis & lapidibus

